

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Siebzehnter Band.



Hannover.

H a h n ' s c h e Buchhandlung.

1892.

XII.

Beschreibung einer Handschrift
mittelalterlicher Gedichte.

Von

W. Wattenbach.

Der Codex Meerm. 471, einst dem Collegium Claromontanum der Jesuiten in Paris gehörend, dann in Sir Thomas Phillipp's Bibliothek in Middlehill und später in Cheltenham, gehört jetzt der Königl. Bibliothek in Berlin als Phillipp. 1694. Schon in alter Zeit in Paris benutzt, verdient er doch noch eine genauere Untersuchung; einen Theil des reichen Inhalts habe ich in dem Aufsatz 'Lateinische Gedichte aus Frankreich im elften Jahrhundert' verwerthet, S. B. d. Berl. Akad. 1891, S. 97—114.

Im 12. Jahrhundert von verschiedenen Händen sehr gut geschrieben, stammt die Hs. vermuthlich aus dem Metzzer Arnulfskloster, als dessen Eigenthum sie Inschriften auf der letzten Seite bezeichnen: 'Liber sancti Arnulphi: si quis eum abstulerit anathema sit amen'. Metz ist allerdings als Herkunftsort nicht ausdrücklich bezeichnet, aber theils wegen der Herkunft auch anderer Handschriften der Sammlung, theils wegen der hervorragenden Bedeutung dieses Klosters unbedenklich als sicher anzunehmen.

Auf derselben letzten Seite findet sich von einer Hand des 13. Jahrhunderts folgende Inhaltsangabe:

'In hoc libro continentur epistole Ivonis Carnoti episcopi. Epistole Simmachii. Versus de sacramentis. Cantica canticorum metricè composita. Vita Mauricii. Liber Ysopi. Passio beatorum Thebeorum et vita sancti Laurentii metricè composita. Epistole Hugonis Metelli et multa alia utilia'.

'Hec, prudens lector; vernantia gramina lig-
 > ustra'.

Quod iuvet et prosit cape; sint procul alba lig

Den Anfang bilden also die Briefe des Ivo, beginnend 'Exceptiones', welche am Ende der S. 132 in einem Briefe an Leudo abbrechen mit den Worten 'Sicut igitur ignis'. Auf S. 269 kommen mehr Briefe von Ivo, aber nicht hieran sich schliessend, sondern auf der zweiten Columnne beginnend. Es ist also hier eine Lücke, und zwar fehlen ausser dem Schluss der Briefe des Ivo die im Inhaltsverzeichnis genannten Briefe des Symmachus.

Auf S. 133 beginnt eine grosse Sammlung dichterischer Werke. Diese ist völlig übereinstimmend auch im Cod. civ. Rem. 1043.743 saec. XIII. fol. 129 sqq., wo sie am Schluss mit

den Worten: 'Explicit tota cumpilacio huius operis' als ein zusammengehöriges und abgeschlossenes Stück bezeichnet wird. Ich habe die Hs. vollständig verglichen und werde auf ihren sonstigen Inhalt später eingehen; Varianten sind äusserst wenige.

Den Anfang bildet mit der Ueberschrift 'Incipit liber Hyldeberti Cynomanensis episcopi de misse sacramentis et veteris legis' (so in beiden Hss.) das bekannte Werk von Hildebert über die Messe (de mysteriis missae, ed. Beaugendre p. 1136—1149, Migne CLXXI, p. 1177—1192) 'Scribere proposui — explet opus'.

Dann S. 140 (aber nicht im Rem.) mit der Aufschrift 'Aliter' die Verse 'Est ratio cur altaris — fine fideles'. B. 1149, M. 1192.

Hierauf, im Rem. aber erst an späterer Stelle f. 135 mit der Ueberschrift 'Alius modus iocalis', folgen schwer verständliche Verse über die Grösse der Orgelpfeifen, welche mir unbekannt zu sein scheinen und hier mitgetheilt werden mögen, weil sie vielleicht für die Geschichte des Orgelbaues Werth haben. Sie lauten:

De mensura fistule versus.

Arbitrii lima formetur fistula prima,
Diametri octavam cui cum subtraxeris unam,
Post sint¹ ter terne, sed partes octo secunde,
Par facias deutre propter modulamina trite.

5 Diametri tritam facias amittere primam.

Partes bis bine dant tres exinde tetrarde,
Sicque scias plane diatessaron has resonare.
Diametri media privetur fistula prima.

Post tres particulas factas, sed quinta gemellas

10 Accipit, ut grate² possit diapente sonare.

Sit causa sexte similis mensura secunde.

Tercia non aliam tibi fert, o septima, normam.

Diametri tritam iubeo dimittere quartam.

Post tetra, de spaciis tria tu sine me non habebis,

15 Et lateri sexte dextrorsum semper adhere,

Septima nam certe succedit in ordine post te,

Cum qua tu nullam³ temptes componere neumam.

Que postponuntur facili ratione reguntur.

Diametrum plenum premittat queque priorum.

20 Hinc partes bine plectrum signentur adusque,

Sed sibi particulam socialis vendicet unam:

Sic gravibus iuncte resonant diapason acute.

Istis litterulis satis est superaddere ternas,

Tunc tamen hoc fiat quando longissima poscat.

1) Possint cod. Clar.

2) grata Rem.

3) nullum Rem.

Daran (im Rem. f. 132 an Hildeberts Gedicht) schliesst sich eine lange allegorische Auslegung der Messe in leoninischen Versen, mit der Ueberschrift: 'Quomodo intelligi et impleri possit quod Dominus dicit: Hec quotienscumque feceritis, in mei memoriam facietis'.

Anfang: 'Esse sui memores Dominus monet exhibitores
Mense celestis, quibus est sua gratia testis'.

Ende (S. 142): 'Explicita missa vigilique tenore remissa,
Cetera prolata complet benedictio grata,
Qua plebs mente pari congaudet amatque beari'.

S. 142 (Rem. f. 133): 'Cur panis et vinum in sacramento corporis et sanguinis Domini offeratur, et cur aqua admisceatur. Si Deus elegit — accipiemus'. B. 1152—1155, M. 1195—1198. Dieses Stück ist Hildebert mit Unrecht zugeschrieben, und vermuthlich von Petrus pictor, Canonicus von Saint-Omer, verfasst, s. Hauréau, *Mélanges poétiques d'Hildebert de Lavardin* (1882) p. 99.

S. 144 (Rem. f. 133 bis): 'Cur tres misse celebrentur in natale Domini. In natale sacro — iura Deus'. B. 1155, M. 1198. Nach Hauréau p. 101 wirklich von Hildebert. Unmittelbar dazu geschrieben als viertes Distichon, aber von ganz anderem Inhalt, ist:

'Qui petis, unde malum, cum sint bona cuncta creata:
Defectu proprio sunt mala que mala sunt'.

Bei Hauréau, *Mél.* p. 52, der es Hildebert zuschreibt, folgt noch ein zweites Distichon.

Nun folgt ein grösseres Werk: 'Incipit prologus sequentis operis. Quisquis nostri redemptoris — quo suus auctor abiit'. B. 1155—1168, M. 1198—1212. Hauréau p. 95—98 hat nachgewiesen, dass diese schwerfällige und fehlervolle Poesie nicht von Hildebert herrührt, sondern von Petrus pictor.

Auf S. 153 (Rem. f. 134') folgen Verse über die verschiedenen Beweggründe, sich der Sünde zu enthalten, welche ich nirgends auffinden konnte, in 3 Versionen; sie lauten:

De trimodo ordine continentium.

Trinus ab illicitis hominum se continet ordo,
Aut pene metuens, aut providus emolumenti,
Aut bene complacite captus virtutis amore.
Qui spectare licet finem videantur ad unum,

5 Ut vitium vitent velut exiciale venenum,
Imparitate tamen meriti discretius absunt,
Unde nec unite veniunt ad premia palmę.

Primus enim coleret geminum, si posset inulte,
Sed: 'Vehementer', ait, 'zelantis abhorreo vultum
10 Iudicis, et dire flammis ardere gehennę'.

Anne secundus idem faciat, si premia desunt?
Sed vigili ratione sagax dum gaudia pensat¹
Vera, voluptatem caute postponit inertem.

- Tercius ingenue bonus egregieque decorus,
15 Te contemplatur, te diligit, aurea virtus.
Malit nempe mori, quam vivens te viduari.
Sunt igitur species ex affectu venientes,
Se quibus effigiant, ut ab ordine discrepet ordo.
Nam quis sollicito dubitet preferre timori
20 Securam spei requiem? sed et ipsa decenter
Ut precellenti venerans assurgit amor.

- Interea pater optimus hec speculatur ab alto,
Cuius iudicii nichil est quod fallat acumen.
'Ille', inquit, 'meus est vernaculus, iste satelles,
25 Hic michi conformis, mea dilectissima proles',
Tunc variis meritis distantia premia librans,
Magna quidem primo tribuit, maiora secundo,
In solo totum confert probitatis amico.

Aliter.

- Tres cause faciunt homines peccata cavere,
Horror supplicii, spes mentis, amor probitatis.
Qui quamvis finem videantur tendere ad unum,
Scilicet ut vitio careant, distant tamen hoc, quod
5 Servulus et miles et regis filius, at qui
Principium timidus, cupidus habet incrementum,
Virtutis totam summam sincerus amator.
At si proficiat timor in spem, spes in amorem,
De servo miles venit, et de milite proles.

- Probra cavet vel flagra pavens, vel premia captans,
Vel virtutis amans; distant ut kalo, satelles,
Rex: duo proficiunt, status est tibi, tercie, summus.
Es schliessen sich daran (S. 154) Verse

De sex gradibus perfectionis.

- Sex gradibus consummatur perfectio casta.
Primo, dum vigiles, fluxum nescire petulcum.
Quem sequitur, lasciva diu non volvere corde.
Tum, ne vel leviter speciem cernendo cupiscas.
5 Quartus erit, nec simpliciter genitale moveri.
Quintus, ob auditum Veneris nil mente vagari.
Ultimus, in sompnis nullo phantasmate ludi.
Hoc sibi nemo rapit, sed Christi gratia prestat.

Dieta vite.

Est tamen observanda diurna medela dietę:
vel liquoris
Libra cibi solidi, simplex emina falerni.

1) sperat Rem.

Preterea labor, excubie, rogatio crebra,
Ne caro languentem necet incrassata pudorem.

Castus agit, quem nulla libido movet vigilantem,
Nec violare potest sopitum illusio feda.

Aliter.

Grandia lauta modum turbant plerumque diete.
vel es

Indulgens stomacho, mentem male crapula vexat.

Si parcas epulis, sequitur detractio, vel laus.

Ut medias teneas labor est, et valde cavendum,

5 Ne tibi tristitiam pariat, sicut suus est mos.

Si possis igitur, prorsus hæc prandia vita,

At si non liceat, hylaris cautusque recumbe,

Et¹ liba cuncta parum quæquæ tibi regula dictat,

Ne summam nimiam coniectent multa minuta.

Hierauf folgt der schon a. a. O. S. 99 abgedruckte² 'Rithmus domni Gibuini Lingonensis episcopi de paradiso', und darauf die Beschreibung eines Spieles.

Versus de ludo qui fit cum³ xxvii tesselis.

Ordine fit primus regali nomine functus,

Candidus ad dextram bis binus deinde lapillus,

Ordine servato cumulatis quinque nigellis,

Uno sub nigro sedem retinente⁴ propinquam.

5 Mox assint terni, quos candida forma decorat.

Proximus huic fiat fuscus quem vultus obumbrat.

Nunc numero compar disparque colore sequatur,

Ut niger hinc recto statuatur in ordine duplex,

Atque locus pateat binis comitantibus albis,

10 Neve nigris ternis sic desit copia standi,

Unica sors albi demum sua castra capessat,

Alterius forme duplo consorte vocato,

Quo sibi candentum facies ascita dualis,

Iam niger accedens variatum terminet orbem.

Alius modus iocalis⁵.

Quidam nocte niger dux nomine, candidus alter,

Nocte subintrarunt unica tecta simul.

Extiterat numero quindenus candidus ipse,

Totque niger nigros, more, colore pares.

5 'Candide, de nostris primus quis' dixerat alter

'Providet excubias? nam tua dicta sequar'.

E contra placido respondit candidus ore:

'Iudicio nolo quemque gravare meo,

Ne nova lis socios per me conspiret in arma.

1) Sic! 2) Dasselbst ist 6, 3 'constructi', 9, 3 'Et' zu lesen. Gibuin war Archidiaconus von Langres, 1077—1082 Erzb. von Lyon. 3) 'cum' fehlt Rem. 4) 'retinere' Rem. 5) Im Clar. fehlt die Ueberschrift.

10 Sed tibi consilium nunc removebo meum.

Ordine disponam socios discumbere cunctos,

Quos sors nona legat, noctis in excubias'.

Hier scheint der Schluss zu fehlen; es folgen einige Verse, welche an die Fabel von Wolf, Ziege und Kohlkopf erinnern, N. A. II, 402. III, 223:

Uxor abit duplex, redit una, meat quoque duplex.

Una redit, geminus vir abit, redit uxor, et unus.

Vir geminus vehitur, redit una, dueque vehuntur.

Vir redit, et plena rate transmeat unus et una.

Hieran schliessen sich in der Reimser Hs. die oben S. 352 mitgetheilten Verse über die Orgelpfeifen, und dann in beiden mit der Ueberschrift 'Incipiunt Cantica canticorum': Quem sitio votis, nunc oscula porrigat oris' bis S. 178: 'In quibus ipse habitas, sponsam dilecte revisas'. Das ist die Paraphrase des Hohenliedes von Marbod, bei Beaugendre am Schluss in den Addenda aus eben dieser Handschrift abgedruckt, von Migne übersehen.

S. 178—180 (Rem. f. 146'). 'Incipiunt versus Odonis Aurelianensis', und darüber: 'episcopi'.

Er war aber nicht Bischof von Orléans, sondern Scholasticus, und wurde 1105 Bischof von Cambrai. 'Omnipotens in principio — requiem accipiens'. Sie sind Hildebert, auf die Autorität des Codex von Saint-Amand, zugeschrieben, und als dessen Gedicht de operibus sex dierum gedruckt B. 1169—1172, M. 1213—1218.

Darauf folgt von Hildebert ein Theil seines grösseren Gedichtes 'De matrimonii sacramento', s. Hauréau p. 90 ff. 'Melchisedech Domino — redisse' B. 1151. M. 1193.

Dann S. 180 (Rem. f. 148) einige kleinere Stücke, welche ich nicht gefunden habe:

Signat thuribulum fecunde virginis alvum:

Lar in thuribulo, Deus est in virginis alvo.

Filius a patre prodit¹ velut ignis ab igne,

Splendor ut a sole, genitus sic a genitore

Nascitur et splendet patris insignitus honore.

Ecce duo que collegit muliercula ligna,

Pendet² in his lignis factus Deus hostia digna.

Sum Deus omnipotens et homo, Deus et dominus sum.

Nature gemine Christus sum, nec geminus sum.

Hac in pictura Christum spectator adora,

Et propter Christum picturam pronus adora.

1) Jüngere Corr. 'procedit' Rem.

2) 'Pandet' Clar.

Dann folgen ermahrende Verse von Hugo Metellus, mit einem bösen metrischen Fehler beginnend, an den Abt Simon, welcher den Schlaf zu sehr geliebt zu haben scheint, vermuthlich den Abt Simon von St. Clemens, an welchen die beiden letzten Briefe des Hugo Metellus gerichtet sind. Sie lauten:

- Abbati Simoni concordanti rationi,
 Quem prudentia comparat antiquo Ciceroni,
 Quem sapientia comparat et regi Salomoni,
 Hugo Metellus || vivere recte, || vivere sane,
 5 Et cum psalmista de somno surgere mane.
 Surgere de somno noctu non sit tibi vanum,
 Nam dormire modum supra non est tibi sanum.
 Est modus in rebus, sicut cecinere poete.
 Laudavere modum pariter sanctique prophete.
 10 Sit¹ modus in victu, vestitu sisque modestus.
 Sit sermo castus, sit et utilis, et sit honestus.
 Fratribus omnibus omnia sicut apostolus esto.
 Infirmis sanis tua fiat² dextera presto.
 Sis pius et sevus, sevi, sed cum pietate,
 15 Cum locus ingruerit, non oblita feritate.
 Victus victor eris, si victus eris pietate.
 Victor victus eris, si victor es impietate.

Nun wieder von Hildebert: 'Quod baptismus, coniugium et sacrificium novum veteri concordet. Hostia coniugium — lege iubetur' wie bei Hommey, Suppl. Bibl. Patr. p. 444—446. Und von demselben S. 182: 'Iterum de sacrificio misse. Tollimur e medio — imago manet' aus seinem Werk de mysteriis missae B. 1149. M. 1192.

S. 182: 'Incipiunt versus Hildeberti Cenomanensis episcopi de Zosima et Maria Egiptiaca'. B. 1261—1276. M. 1321—1340. Am Schluss sind im Clarom. Blätter nach Bl. 96 ausgeschnitten; auf einem eingelebten Pergamentstück stehen die letzten Verse bis 'lustra quievit' und dann noch: Finitur Pharie preluca vita Marie.

S. 193 (f. 153) folgt eine Bearbeitung des Martianus Capella in leoninischen Hexametern:

Incipit prologus de nuptiis Mercurii et Philologie.
 Vim fidei menti facundia dat sapienti³,
 Cum resonat plene prolatio vocis amene.
 Que sapias certe⁴, studeas proferre diserte,
 Nec reputes scire, quod non valeas aperire.
 Si sapis arte pari bene scribere vel meditari,
 Cum nequeas fari, sapiens vis falso notari.
 Mercurii vatis velut indicium probitatis
 Traditur eximia coniunx fore Philologia.

1) 'Sic' Clar. 2) 'fiat tua' Rem. 3) 'sapientis' Clar. 4) 'recte' Rem.

Incipiunt Nuptie¹.

Carminē ficta levi veteris contexitur egi
 Fabula, nota quidem, latebris tamen abdita pridem,
 Quam vigili studio memorat sic inclita Clio.

u. s. w.

S. 200 (Rem. f. 156) Schluss mit der Grabschrift des Orpheus und der Eurydice:

Iungat et ad manes umbras locus unus inanes.

Hierauf ein Aesop in Distichen:

‘Incipit liber hisopi (Rem. ‘Inc. versus ysopi’).

Ut juvet, ut prosit, conatur pagina presens,

Dulcius arrident seria picta iocis’.

Schluss S. 208 (Rem. f. 159):

Fine malo claudi mala vita meretur: iniquus

Qua capit insomptes (sic!), se dolet art capi.

Dann von anderer, wenig späterer, in der Reimser Hs. aber von gleicher Hand:

Differentia inter proscriptum et inscriptum et exulem
 et relegatum.

Amittit proscriptus opes, non posse reverti,
 Inscriptus manet in patria, set re spoliatus,
 Exul abit, sine spe reditus pariterque reique,
 Quique relegatur, sua cum remeabit habebit.

Dann ‘De virtutibus et viciis, Virginitas — pus est’
 von Marbod, B. 1561, M. 1653.

De bona et mala arbore, et bono maloque fructu.
 Fructus² prava malos, dignos bona procreat arbos,
 Arbor iniqua bonos fructus, bona nescit iniquos.
 Arbor mala bona bona, non bona gignit iniqua.
 Mali mala bone bona sunt, mala mala maleque.
 Malus mala mala mala, non mala nec mala gignit.

De tribus fatis.

Per ternas metas fatorum volvitur etas.

Cloto colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.

Principium vitę moderatur Cloto perite³.

Lachesis effatur, sors vitę quę teneatur.

Atropos immittis voto trahit omnia Ditis.⁴

De tribus furiis.

Tres agitant mentem furię ratione carentem.

Si sibi bachatur mens, tunc Athleto vocatur.

Hierauf sind im Claromont. Blätter ausgeschnitten, es scheint aber nichts zu fehlen; im Rem. folgt ohne Zwischenraum die hier dem Embricho von Mainz zugeschriebene Vita Mahumeti, wie schon a. a. O. S. 113 bemerkt wurde. Auch diese

1) ‘Inc. versus et dicta nupciarum’. Rem. 2) Durch übergesetzte Buchstaben scheint eine Umstellung angezeigt zu sein, welche wieder einen Vers giebt; es trifft aber nur bei der ersten Zeile zu. 3) ‘perire’ Clar. 4) ‘diris’ Clar.

Verse über den Vf, welche dort auf einem eingeklebeten Zettel stehen, sind hier ohne Unterbrechung mitgeschrieben. Von Varianten ist nur zu bemerken v. 14 'Prosa Suidonium' statt 'Sydonium' (scil. vicit). Sollte vielleicht Sueton gemeint sein? Dieses Gedicht befindet sich, worauf Dümmler mich aufmerksam machte, auch in der Hs. von St. Omer (Archiv VIII, 408), ohne Namen des Verfassers, aber mit der Aufschrift: 'ad Godeboldum'. — Darauf folgen hier noch die Verse:

Semina misit homo, set homo qui semina misit,
Postea planxit opus, set opus quod postea planxi
Fertile dum fieret, fieret quia fertile risit.

S. 223 (f. 165) folgt die Passio S. Laurentii von Marbod, B. 1520—1526, M. 1607—1614; nach dieser im Rem. mit der Ueberschrift 'Epitaphium Iulii cesaris' das bekannte Epit. Heinrichs III: 'Caesar, tantus eras' (s. N. A. I, 179), welches jetzt doch wieder für Lothar in Anspruch genommen wird, wieder mit vielen Abweichungen von den anderen Texten.

Hierauf S. 226 (f. 166v.) die Passio S. Mauritii von Marbod, B. 1536—1540, M. 1625—1630, und dann der a. a. O. von mir benutzte Godefridi Remensis epistolarum liber.

In Betreff des auf S. 107 abgedruckten Gedichts 'Parce precor virgo' ist zu bemerken, worauf mich Herr Dr. M. Manitius aufmerksam machte, dass es seit alter Zeit in Ausgaben des Petronius, dann in den lateinischen Anthologien, zuletzt bei Riese n. 897 gedruckt ist. Hier aber sind neu hinzugekommen die Verse 29. 30. 40. 41. 45. 46 und das für den Sinn unentbehrliche Distichon 75. 76. Da die Herkunft vollkommen unbekannt ist, können wir Godefrid von Reims recht wohl einen Anspruch zuerkennen, wenn auch die Autorschaft nicht ausdrücklich bezeugt ist; doch steht das Gedicht mitten unter den unbestritten ihm angehörenden.

Hierauf folgt S. 241 (Rem. f. 172) 'Descriptio vite presentis. Vite presentis — moriture' von Marbod, B. 1572, M. 1667, woran sich aber noch fünf Verse schliessen, welche eigentlich ein Gedicht für sich zu sein scheinen:

Lingua facundi, qui sectantes lucra mundi,
Candida denigrant et nigra loquendo dealbant,
Cum dissolvuntur, nec nigra nec alba loquuntur.
Longum tormentum manet hos in valle silentum,
Nec lacrimis flentum fit pena minor patientum.

Darauf folgt 'De mutabilitate animorum' von Eugenius Toletanus (Migne L XXXVII, 360), in correcterem Texte¹; dann 'De Lucrecie morte. Cum foderet — superos'; B. 1369, M. 1447, Hauréau, Mél. p. 159, Anthol. Lat. ed. Riese

1) v. 1: Nescit mens nostra; v. 3 quod placet; v. 5 casti sanctique; v. 6 Sobria nunc pollent; v. 8 celis.

n. 787. Hierauf 'De decem plagis Egipti. Prima — prolem', B. 1360, M. 1436, besser bei Hauréau, Mél. p. 121, und von ihm dem Petrus pictor zugeschrieben. 'De instabilitate mulierum Hildebertus Cynomannorum episcopus. Plurima cum soleant — (S. 242) ora vacant.' B. 1353, M. 1428, und besser bei Hauréau, Mél. p. 109—111, der auch nachweist, dass wirklich Hildebert, als er noch Archidiaconus war, diese Verse verfasst hat (v. 47 l. perrumpit).

Dann das bekannte Gedicht von Hildebert 'De infortunio suo Hildebertus. Nuper eram locuples — (S. 243) pauper erit.' B. 1344—1346, M. 1418—1420, bei Hauréau, Mél. p. 82, correcter und am Schluss mit 18 Versen mehr.

S. 243 (Rem. f. 173) 'De laude virginitatis. Ut (der Rubricator schrieb Et) flos in pratis—sit (rect. sim) saliuuca' von Marbod, B. 1561. M. 1655. Auch bei H. Hagen, Carmina medii aevi (1877) p. 170. 'Versus cuiusdam ad amicum. In partes istas—reditum.' Von Marbod, B. 1618. M. 1719. Von demselben 'Porticus est Rome—nimis sum'. B. 1586. M. 1685 (am Schluss drei Verse mehr).

S. 244 'Satyra in amatorem pueri sub assumpta persona', von Marbod, B. 1617, M. 1717, aber mit Weglassung der vier letzten Verse, wodurch das Gedicht ein ganz anderes Ansehen erhält; von Satire ist darin nichts zu finden. Da der Abdruck fehlerhaft ist, möge es hier folgen.

De puero quodam componit¹ Horatius odam,

Qui facie bella posset satis esse puella.

Undabant illi per eburnea colla capilli

Plus auro flavi, quales ego semper amavi.

5 Candida frons ut nix, et lumina nigra velut pix,

Implumesque gene, grata dulcedine plene,

Cum vi² candoris vernabant luce ruboris.

Nasus erat iustus, labra flammea, densque venustus,

Effigies menti modulo formata decenti.

10 Qui corpus queret, quod tectum veste lateret,

Tale coaptet ei, quod conveniat faciei.

Hec species oris radians, et plena decoris,

Cor spectatoris face succendebat amoris.

Set puerum talem, pulcrum nimis et specialem,

15 Irritamentum quorumlibet aspicientum,

Sic³ natura ferum plasmaverat atque severum,

Mallet⁴ ut ante mori, quam consentiret amoris.

Asper et ingratus, tamquam de tygride natus,

Ridebat tantum mollissima verba precantum,

20 Ridebat curas effectum non habituras,⁵

1) 'Composuit' B. 2) 'in' B. 3) 'Dic' B. 4) 'Vellet' B. 5) Der Vers fehlt Rem.

- Et suspirantis lacrimas ridebat amantis:
 Illos ridebat, quos ipse mori faciebat.
 Impius ille quidem, crudelis et impius¹ idem,
 Qui vitio morum corpus vetat esse decorum.²
 25 Bella bonam mentem facies petit et patientem,
 Sed³ non inflatam, sed ad hæc et ad illa paratam.
 Flosculus etatis citus et⁴ nimie brevitatis,
 Postquam marcescit, cadit et revirescere nescit.
 Hec caro tam levis, tam lactea, tam sine nevis,
 30 Tam bona, tam bella, tam lubrica tamque tenella,
 Tempus adhuc veniet, quo turpis et hispida fiet,
 Cum fiet vilis caro certe cara puellis.⁵
 Ergo dum flores maturos exime mores:
 Dum potes et poteris, cupido dare ne pigriteris,
 35 Per quod carus eris, nec ob hoc minor efficieris.
 Hæc mandatorum, karissime, verba meorum,
 Missa tibi soli, multis ostendere noli.

Hierauf folgen nun S. 244 ff. (Rem. f. 173 v.) verschiedene Stücke, die ich nirgends gefunden habe, zunächst:

De contemptu seculi.⁶

- O genus humanum, seclum iam respice vanum,
 Linquens te linque, finisque memento propinque.⁷
 Exul es in mundo, tua cura sit in redeundo,
 Ad patriamque redi, iussisque vocantis obedi.
 5 Num liquido cernis, quid distent ima supernis?
 Quam cito labatur, quicquid durare putetur?
 Ipse docet mundus, quare sit pretereundus,
 Et si non es hebes, monstrat quo tendere debes,
 Ut fluxis spretis properes ad regna quietis,
 10 Cumque repentinas minitetur agatque ruinas,
 Ut se nullus amet, sic innuit hoc quasi clamet.
 Celica ne speret, cui terre venter adheret:
 Stulto vel segni non dantur premia regni.
 Ergo quid attendas? res despice prociendas.
 15 Quere capessendas, capta sine fine tenendas.
 Monachus iste quidem, si fecerit hec tria pridem,
 Verbis adde fidem, celestia possidet idem.
 Pro vita pura sunt premia cuique futura,
 De vestitura non est super ethera cura.
 20 Pro propriis gestis, non pro discrimine vestis,
 Dat verus testis Stiga sontibus, astra modestis.

Est dolor immanis, quia carta redibit inanis.

1) 'austerus' Rem. 2) 'deorum' Clar. Rem. 3) 'Et' B. 4) 'est' B.
 5) 'caro chara caro puerilis' B. 6) 'mundi' Rem. 7) So, durch den Reim geschützt.

Gallia, pauca canis, quia nil bibit Aurelianus.

Hinc declaratur, quia vinum versificatur.

Ebrius atque satur, sitiens non Musa iocatur.

Nil quod potest habet, elumbis Francia tabet.

Dann folgen Verse auf eine vornehme und feingebildete Dame, die leider nicht genannt ist; bemerkenswerth ist der 'sermo barbaricus' v. 19. Im Clar. fehlt die Ueberschrift, im Rem. steht:

Optimi versus metricè dictati.

	Inclita progenies,	patrie flos et specialis,
	Sis michi materies	in carminibus generalis.
	Te mea musa refert,	mirabiliter modulando,
	Te cunctis praefert,	preconia tot numerando.
5	Si dea ¹ nobilitas	aut dives gloria rerum,
	Et si simplicitas,	prudencia, dicere verum,
	Possent fatata	vitare pericula mortis,
	Talibus ornata,	quam posses vivere fortis!
	Omnibus est notum,	quantum sis dives avorum,
10	Non valeo totum	genus enumerare virorum.
	Pre cunctis apta	rebus, si nata fuisses,
	Coniuge pro capta	scio Grecia non doluisset.
	Sed quamvis alii	te raptam Phryge ² dolerent,
	Te tamen imperii	regalia sceptr ³ decerent.
15	Diceris et merito	regali digna corona,
	Cuius dextra cito	tribuit largissima dona.
	Lectio Nasonis	non te latet o veneranda,
	Sed neque Platonis	sententia vera probanda ⁴ .
	Tu quoque barbarico	nostri sermone profari:
20	Ordine mirifico	didicisti versificari.
	Sed michi da veniam,	vacuantur sanguine vene.
	Cum iam deficiam,	non possum psallere plene:
	Victa iacet mea mens,	ingentes movimus actus,
	Redditus est amens	animus meus et stupefactus.
	Dann auf S. 245 folgende Verse, im Rem. mit der Ueberschrift:	

Versus de patre et filio et spiritu sancto.

Est summi natura boni super omnia simplex.

Hec⁵ eadem pater est, genitus bonitas utriusque.

Est tantus pater, aut natus donumve duorum,

Quantus cum patre filius est, et spiritus horum.

5 Ergo triplex minime Deus est, sed trinus et unus,

Ergo non triplicem triplicans falso triplicasti.

Scripta negant et sana fides, semperque negabunt,

Multiplicem, triplicem duplumve Deum fore nostrum.

1) Sic! 2) 'Phryge' Rem. 3) 'ceptra' Rem. 4) 'probari' Rem.
5) 'Nec' Rem.

Rade triplex; dic, qua specie depingere patrem

10 Ausus es, aut cuiquam qua visus scribitur unquam.

De septem horis versus.¹

Est matutino dampnatus tempore Christus,

Quo matutini cantantur tempore psalmi.

Quando resurrexit, primam canit ordo fidelis.

Tercia cum canitur, tunc est cruciamina passus.

5 Sexta sunt tenebre per mundi climata facte.

Redditus est nona divinus spiritus hora.

Vespere clauduntur Christi sacra membra sepulcro.

Christo bis sena custodia ponitur horas.

Sic vice septena psalmista Deo canit horas.

Dann folgen von den *Ausonius* zugeschriebenen Sentenzen der sieben Weisen (ed. Schenkl p. 246) die des Chilon, Pittacus (hier Ithacus), Kleobul und Periander (v. 28 mit Baehrens 'labores'). Die Vorlage muss hier in Verwirrung gerathen sein, da ein weiterer Theil auf S. 269 folgt.

Darauf finden wir auf S. 245 ein wunderliches langes Gedicht mit grossem Redefluss, aber sehr willkürlich behandelter Grammatik, so dass der Sinn oft unklar ist. Die Erwähnung der h. Glodesindis v. 229 verweist den Ursprung nach Metz. Der Verfasser ist sich lebhaft seiner Sündhaftigkeit bewusst, der Lust und Pracht des Lebens und auch den weiblichen Reizen ergeben, und empfindet bei klarer Einsicht dessen, was er thun sollte, doch sein Unvermögen, der Sünde zu entsagen. Episodisch ereifert er sich über die Verderbtheit des ganzen geistlichen Standes und bietet uns da Schilderungen, welche nicht ohne Werth für die Kenntniss der Zeit sind, und deshalb möge das Werk hier Aufnahme finden. Im Codex Clarom. fehlt auch hier eine Ueberschrift, im Rem. steht:

Versus cuiusdam delicta sua plangentis.

Fingere qui quondam nugarum scripta solebam,

Retia peccati circa me constituebam,

A quorum laqueis heu tam graviter religabar,

Quod nimium miseras in clades precipitabar.

5 Retia sunt versus, sunt rithmi, sunt quoque prose,

Que trans mittebam mulieri cuique jocosę².

Sunt autem laquei laudes, quibus arma nudabant,

Que penitus nupte cor et innupte penetrabant.

Heu! non hec tantum cecabant pectora bruta,

10 Sed dulcedo lirę cum voce gravi vel acuta.

Insuper ignotos fervores instituebat,

Quod iuvenile decus corpus mediocre colebat³.

1) Die Ueberschrift fehlt Clar. 2) Der Ausdruck entspricht schon dem 'fille de joie', span. 'muchachas alegres', wenn auch die Bedeutung noch nicht dieselbe ist. 3) Cod. Rem. fol. 174.

- Mandato sceleris Venus hoc fecosa¹ dicabat,
 Quod Deus, ut penitus serviret ei, decorabat.
- 15 Heu! quid agam, si sic moriar? dampnabor in evo,
 Cui patet os herebi, Veneris pro vulnere sevo.
 Quomodo vitari poterit gravis ista ruina,
 Ni per mentis opes opponatur medicina?
 Quis prestabit opem, nisi mens succedat honori,²
- 20 Quo iungi properat natura modesta pudori?
 Sed mens quid faciet, cui corpus non famulatur,
 Immo quod est contra, sibi quaque die dominatur?
 Corpus habens odio sincere mentis amorem
 Non amat amplecti, que mens tolerare laborem?
- 25 Ante Deum fieri bona mens amat orationes,
 Corpus apud scortum dampnosas condiciones.
 Pervigil esse cupit generose mentis honestas,
 Corporis et vilis dormire procax inhonestas.
 Quod det pauperibus mens optat querere penis,
- 30 Sed quod habet corpus sine penis non dat egenis.
 Corpus dedecorat fecosa³ cohors vitiorum,
 Sed mentem decorant redolentia dona bonorum.
 Corpus in orbe gravant lascivi dampna furoris,
 Mentem vero levant constantis lucra pudoris.
- 35 Sed cur istius diversificatio litis
 Fingi temptatur, nisi cētibus inde peritis?
 Insiapiens ego sum, tamen istud scribo libenter,⁴
 Quod movet intra me facinus sociale frequenter.
 Corporei sensus turbant anime rationem,
- 40 Ne valeat veri perpendere cognicionem.
 Mantica completur vitiosa fertilitate,
 Quam gero posterius cum ponderis heu gravitate.
 Istam fessus ego deponere sepe laboro,
 Sed nequeo, fundens suspiria corde sonoro.
- 45 Namque meis humeris ligat hanc tam dura catena,
 Quod non posset eam calibis distinguere⁵ vena.
 Artifices huius dampnosa pericla fuere,
 Que sontes herebi conflictus composuere.
 Facta globis septem plumbi fuit illa perosa,
- 50 Quorum pondera sunt omnino pernicioſa.
 Istius ampla lues et longa nimisque profunda,
 Iure potest herebi vocitari sors furibunda.
 Nam pice nigrior est, radio vacuata sereno,
 Sulphureo fumo fecosior⁶ atque veneno.

1) 'fetosa' Rem. 2) 'honoris . . . pudoris' Clar. Bei der schwer verständlichen Sprache und willkürlichen Grammatik ist schwer zu sagen, was richtig ist. 3) 'fetosa' Clar. 4) Cod. Clar. p. 245. 5) distringere? 6) 'fetosior' Clar.

- 55 Nocte dieque capit, sed nil cepisse videtur,
Materies eius spatii tam grandis habetur:
Plura capit, sed magna nimis, nequit illa repleri.
Mille tamen possunt homines hiis morte teneri,
Nam maioris habent hec semper onus gravitatis,
60 Quam valeat sermo cuiuslibet edere vatis.
Hiis homo cecatur, qui nescit luce potiri,
Que nitido valet in thalamo mentis reperiri.
Hiis homo tam duris enervatur violenter,
Nec valet ad celi patriam remeare potenter.
65 Hiis indutus homo non fert vestes preciosas
Ad mense Christi sedes penitus speciosas.
Vestem virtutum portabit quisque beatus,
Mantica vero feret pro tali veste reatus.
Quam nisi dilaceret pia gratia spiritualis,
70 Huius lator erit necis in pena furialis.
Quis vero morietur homo pro pondere tali?
Nonne miser, qui putridus est luxu generali?
Maius peccatum gerit etas luxuriosa,
Quam precio questus etas saltando iocosa,
75 Sed quis vivit homo me deterius viciosus,
Et quis vivit inops ut ego, tam deliciosus?
Munera fortune retinere frequenter amavi,
Que licet aufugerent me, pauperiem reprobavi.
Ad populi semper volui properare favorem,
80 Despiciens mentis titulos ob mentis amorem.
Semper mansuram pro refugi¹ peritura,
Nam placuit presens michi, numquam vita futura.
Heu dare quod poteram miseris prebere negabam,
Qui michi sepe dari preciosum munus amabam.
85 Hoc non cernebam: Vobis dabitur, date gratis.
Heu nec adhuc cerno, datus actibus improbitatis.
Trador adhuc vane falseque superfluitati,
Trador adhuc nimium lascive mobilitati.
Trador adhuc fame muliebri, trador amori,
90 Sed non legitimo coniungor in orbe calori.
Nam bona dos aliquam michi nondum iunxit amicam,
Quam vix aut numquam potui reperire pudicam.
Non sinit ad rectum nova me remeare iuventus,
Quam movet instabilis volitans per viscera ventus.
95 Tali thesauro tam vili tamque peroso
Mantica construitur, michi que gravis est odioso.
Ista meo collo religatur tam violenter,
Quod trahit infeste me mortis ad ima potenter.
Vires et mentem michi sarcina detrahit ista,

1) 'refugio' Rem. (scil. 'ref. pro peritura').

- 100 Ac me plus pungit¹, oculum quam pungat² arista.
 Conscia mens sceleris nimis interius lacrimatur,
 Quod caro cum sentit quandoque molesta gravatur.
 Sarcina tanta nequit deponi nocte dieque,
 Nunquam lenitur sompno, motu, requieque.
- 105 Hanc³ augere iocus, sompnus, potus, cibus audet,
 Carnis enim moles non ni⁴ per talia gaudet.
 Si michi prosperitas contingat temporis huius
 Pro lucro⁵ levis atque ioci species alicuius,
 Tunc onerosior est michi mantica plena venenis,
- 110 Artanturque suis gravius mea colla cathenis,
 Si vero veniant contraria deliciarum,
 Per dampni luctusque gravis conamen amarum,
 Tunc⁶ moderatior est michi mantica plena timoris,
 Atque remissior est michi iuncta cathena doloris.
- 115 Error enim nobis heret penitus furibundis,
 Nec volumus Christo rebus servire secundis.
 Ad laudem Christi non imus cottidiani,
 Qui quasi mundani specie velamur⁷ inani.
 Credimus ad tempus, non omni credimus hora,
- 120 Obruimur vitiis, vacuati vite⁸ decora.
 Nam quis episcopus est, abbas quis, quisve sacerdos,
 In cuius fructu pietatis sit pariter dos?
 Latos pontifices per castra levi palefrido
 Infestos reddit cumulandi plura cupido.
- 125 Pelliciis variis tegitur pellis ruitura,
 Ambulat in magnis, cito quod nescit moritura⁹.
 Est sibi cura sui, cui non timor est animarum,
 Quas sibi commisit mala copia divitiarum.
 Servitio regis vel habendis rebus amenis
- 130 Quod presul prebet, melius preberet egenis.
 Edificat presul castrensis robora muri,
 Sed non edificat templi sollempnia puri.
 Militat ipse miser cum militia miserorum,
 Sed cum sanctorum non certat agone virorum.
- 135 Ad lepores citius¹⁰ festinat tendere vultum,
 Quam pius ad misse celebri dulcedine cultum.
 Sub pastoralis cura non servat ovile,
 Quod lupo aggrediens agmen dispergit herile.
 Non ita Martinus presul vigilare solebat,
- 140 Qui grege pro proprio sua pauperibus tribuebat.
 Corporeum cultum numquam Martinus amabat,
 Qui votis animas sibi commissas decorabat.

1) 'pungit plus' Clar. 2) 'pungit' Clar. 3) 'Hac' beide Hss.
 4) 'quid' Rem. 5) 'lucris' Clar. 6) 'Nunc' beide Hss. 7) 'vetamur'
 beide Hss. 8) 'mente' Clar. 9) Rem. f. 174 v. 10) 'cuius' Rem.

- Abbates vero, quam servant religionem,
 Qui placitando petunt mundanam condicionem?
 145 Abbates mulos mercantur equosque decentes,
 Ut claustro careant patriam lustrentque potentes.
 Sed quia non possunt habitus equitum retinere,
 Quos possunt cupiunt meliores semper habere.
 Abbates nostri, quia nigra veste fruuntur,
 150 Que preciosior est, illam mercando teguntur.
 Pro septem marcis nequit abbas unus habere,
 Quod sibi sufficiat, cum vult re quaque nitere.
 Nam quid pro baculo datur, auri mole gravato,
 Undique gemmarum fulgore satis decorato?
 155 Quid pro pelliciis tribus ac tunicis preciosis,
 Quorum tegmen amant animis pro laude iocosus?
 Et quid pro mulis vel equis prebetur emendis,
 Et quid contra fas in honoribus accipiendis?
 Quid pro merce cibi potusve superfluitate,
 160 Que reparantur vix numerosa fertilitate?
 Eia quid dignum loquar esse supersticiosus
 Talibus ac patribus pro ventris amore gulosis?
 Isti sunt, quorum deus est venter lutulentus,
 Quos etate senes iam liquit amena iuventus.
 165 Si quis eis aliquid roget in Christi pietate,
 Illi mortifera respondent improbitate:
 'Non licet, o frater, nos ut quicquam tribuamus,
 Sed licet ut tantum res fratrum provideamus.
 Fures essemus, si quicquam forte daremus,
 170 Qui curam fratrum nostrorum semper habemus'.
 O heu¹ quanta lues cecavit pectus eorum,
 Qui sic respondent paupertati miserorum.
 Si quid dent Domino, se fures esse fatentur,
 Sed variis epulis se non implere verentur.
 175 Non est furari, vestis reparare decorem,
 Vel plus quam deceat vini potare liquorem;
 Si vero quicquam pro Christo detur egenis,
 Scribitur esse datum furtivis illud habenis.
 Sicut agunt isti, sic non abbas Benedictus,
 180 Cuius erant parci victus et vilis amictus.
 Non incedebat sicut vir mente superbus,
 Proque suis verbis non dicebatur acerbus.
 Tradere quod poterat, numquam prebere negabat,
 Qui victus inopi de paupertate parabat.
 185 Sed cur laudo sue fidei sublimia dona:
 Si fuit ipse bonus, sua prodit honesta corona.
 Restat, ut ostendant scriptorum dicta meorum,

1) 'Heu michi' Rem.

- Perversos mores quorundam presbiterorum,
 Qui celebrant missas non laudibus Omnipotentis,
 190 Sed precii causa, de crimine provenientis.
 Quidam baptizant pro munere denariorum,
 Quos nec amat nec habet proprios sibi vita bonorum.
 Si qui peniteant, abolere nefas cupientes,
 Ante sacerdotes hos se peccasse fatentes,
 195 Annos per septem quod non posset renovari,
 Presbiteri dicunt per mensem posse novari.
 Quid dicam, quod habent uxores dote paratas,
 Quas nos scimus eis decretis esse negatas?
 Sed qui formidant uxores dote tenere,
 200 Alterius sponsam caute conantur habere.
 Qui vero nequeunt sponsas superare pudicas,
 Inter scortorum sordes volvuntur amicas.
 Hec manibus tangunt in Christo sanctificatis,
 Presulibus gemma promissa virginitatis.
 205 Proh pudor! hii salvant homines baptismatis unda¹,
 Se vero perimunt vitiorum sorde profunda.
 Cum quos baptizant cernunt florere beatos,
 Et se conspiciunt vitiorum mole gravatos,
 Heu qua fronte Deum miseri spectare valebunt,
 210 Cuius terribiles voces audire timebunt,
 Cum dicet pravis: 'Tormenta doloris adite,
 Sed vos, o fratres, ad pacis regna venite?'
 Ista sacerdotes discendo scire laborant,
 Quæ cum forte sciunt, nec amant Christum nec honorant.
 215 Sic non currebat mitis grex presbiterorum,
 Qui iam precedens congauDET in arce polorum.
 Abbatissarum quid dicam de levitate,
 Quæ gaudent uti meretricum garrulitate,
 Vestitu vario sua membra tegunt studiose,
 220 Ut Veneri placeant consorti luxuriose.
 In cameris resident cortinis undique captis
 Sedibus appositis circumque tapetibus aptis.
 Ad quas si veniat raro licet hospes honestus,
 O quam conspicitur color istis esse modestus!
 225 Harum vero miser si suscipiatur amicus,
 Vultus cedit eis, et mos, et sermo pudicus.
 Normas claustrenses² postponit seva libido,
 Quas Venus atque suus natus regit ipse Cupido.
 Sic non vivebat Glodesindis virgo pudica,
 230 Que non fit mortis, sed vite dulcis amica.
 Terrenum sponsum spernens herebique cavernas,
 Celestem sponsum petiit sedesque supernas.

1) Cod. Clar. p. 248.

2) 'claustrales' Rem.

- Usque modo vitium quorundam notificavi,
 Quorundamque decus licet improbus enucleavi.
 235 Primum vero mei posita gravitate reatus
 Partim monstravi, ruerer qua peste gravatus¹.
 Ad mea rursus ego cogor delicta redire,
 Quorum multiplici cumulo formido perire.
 Namque mei per corporei luctamen agelli
 240 Contra fas anime lis nascitur ampla duelli.
 Est anime censura mee, vigilare libenter
 Et fidei legique Dei servire frequenter.
 Corporis est iactura mei, raro vigilare,
 Et numquam pro delictis pia vota parare.
 245 Sunt anime pretiosa mee ieiunia dura,
 Sed quæ cura cutis, nisi iam consumere plura?
 Mox heremum cupio, mox eius sperno laborem,
 Moxque pudicitiam colo, mox infesto pudorem.
 Nunc bonus esse volo, nunc mutor fraude maligna,
 250 Qua me dico frui, careo mox parte benigna.
 Nunc imitor normam, nunc autem sum sine norma,
 Nunc michi forma boni placet, haut placet ilico forma.
 Nunc pietate fruor, nunc differor a pietate,
 Nunc ego sum constans, nunc plenus agor levitate.
 255 Nunc mansuetus ego, nunc sum feritate gravatus,
 Nunc bona facta placent, nunc pessima facta reatus.
 Nunc grege cum puro volo relligiosus haberi,
 Nunc a lasciva lascivus plebe teneri.
 Nunc paupertini cunei sum corde misertus,
 260 Nunc in avaricie questu sordente disertus.
 Nunc michi cura frequens psalmorum scripta canendi,
 Nuncque frequentior est michi verbula vana loquendi,
 Nunc ad missarum sollempnia sacra recurro,
 Quo pro thure precum cum stulta plebe susurro.
 265 Heu! quam diversus, quam sum prostratus ad imum,
 Heu! quam me ledit vitiorum pondus opimum.
 Heu! quam sum cecus, qui quod sum nolo videre,
 Nam non intueor luteum me corpus habere.
 De vili testa Dominus me nonne creavit,
 270 Cui naturalem vitam sine morte locavit?
 Factus eram solidus, sed corpus sprevit honorem,
 Quem sibi tradiderat divinus amor per amorem.
 Ergo mortalem vitium me fecit amare,
 Quod cogit me fas anime semper reprobare,
 275 Dum vero noscam me tandem morte potiri,
 Atque cadaver olens a vermiculis reperiri,
 Unde timesco miser, de pulvere factus inanis,

1) Cod. Rem. f. 175.

- Qui citius pereo, quam floris machina vanis¹?
 Ossa patrum fateor iam veste cutis spoliata,
 280 Quę loca brutorum fetore tegunt reprobata;
 Pulvis facta caro non est quod vixerat ante,
 Res² humana nec est nec forma colore probante.
 Si patris aut matris puer optet noscere mentum,
 Qui post tres menses petat ipsorum monumentum,
 285 Cęnum quod cernet dicet non esse parentum,
 Sed iurabit in hoc vixisse nichil luculentum.
 Membra videbit, nec dignabitur illa videre,
 Immo teget vultum, quod olet cupiens prohibere.
 Ergo miser quid ago? quid gloriior in levitate³?
 290 Cur mea membra tego varie vestis novitate?
 Vestis membra tegit, nec ob hanc scabiem caro linquit,
 Nec laudantur ob hanc, velut ipse Boetius inquit.
 Apposite vestes laudantur iure favoris,
 Putrida vero caro nichil in se servat honoris.
 295 Rebus ego vanis deceptus in orbe caduco,
 Ad nichilum corpus quod nil nequit esse reduco.
 Nam licet extinctum sinat hoc vitale levamen,
 Tandem iudicii cernet relevando notamen.
 Tunc quicquid fecit letum vel triste videbit,
 300 Et sine fine manens meritorum pignus habebit.
 Que vero merces hominum bona promeritorum,
 In solio vite salvabit quemque piorum.
 Immortalis honor, pax perpes, doxa perennis,
 Celica virtutum circumdabit agmina pennis.
 305 Gratia precedet, quę quemque beatificabit,
 Cuius honestatem bonitatis apex decorabit.
 Frigus, pena, fames, sitis et tormenta dolorum
 Cedent Christicolis prorsus super astra polorum.
 Christi militibus sua doxa⁴ quibusque placebit:
 310 Qui minus accipiet scio sufficienter habebit,
 Qui minus accipiet, non plura rogabit habere,
 Namque redemptorem poterit sine fine videre.
 Quid plus? os fari nec cor valet hoc meditari,
 Quod pietate Dei sanctis debet reparari.
 315 Sed meror, labor atque dolor, pondusque perenne,
 Sontes vexabit violenter in igne gehenne.
 Non illis⁵ planctus, gemitus, luctusque iuvabant,
 Quos tormentorum diversa pericla gravabunt.
 Hos sitis, hosque fames, hos serpens, hosve dracones,
 320 Hos calor, hos frigus, strepitus, hos condiciones
 Ledent atque prement, terrebunt, dente vorabunt.

1) So die Hss. 2) 'Rex' Clar. 3) Cod. Clar. p. 249. 4) 'dona'
 beide Hss. 5) So die Hss.

- Urent et frangent, formidine precipitabunt.
 Quid plus? nemo valet tormenta referre furoris,
 Quę malus ordo feret miseri sine fine doloris.
- 325 Ecce patet iustos paradiscolas comitari,
 Et patet iniustos herebi stimulo cruciari.
 Sed tamen ad partem non tendo miser meliorem,
 Nam gerit ad partem me mundus deteriolem.
 Ergo libet mundo me pauca referre superbo,
- 330 Illecebris cuius sum vulnere lesus acerbo.
 Respondeto michi tu, qui mundus vocitaris,
 Qui locus immundus potiori iure vocaris:
 Quare demonstras tot munera divitiarum,
 Quas causas rerum tu iactas esse bonarum?
- 335 Irrationalis tua si natura creatur,
 Cur rationalis per te natura novatur?
 Tu sibi das aurum, gemmas sibi das preciosas,
 Tu dominaris ei dando vestes speciosas.
 Cur non abscondis fovea, mala pestis, in ima,
- 340 Que michi demonstras pro forma laudis opima?
 Dignior est mea forma tua: frustra dominaris,
 Semper eris sub me, si mente mea reprobaris.
 Vilis es, et tua res et olens et vilis habetur,
 Plus hodierna nocens quam res hesternum videtur.
- 345 Que michi largiris, me fallunt suscipientem,
 Me quia non faciunt existere sufficientem¹.
 Ergo fallax es, tua² sunt fallacia dona,
 A quibus efficitur non alba sed atra corona.
 'Nunc, homo, sufficiunt convicia; queso sileto,
- 350 Queso parumper, homo, me respondere iubeto.
 Mundus ego dicor, sed tu nomen variasti,
 Immundum quoniam me velle tuo vocitasti.
 Immundus non sum, sed si sum, testor aperte,
 Quod vox hec quod fert a te processit inerte.
- 355 Monstro divitias, et tu quare capis illas,
 Curque meas urbes, cur diligis, obsecro, villas?
 Nec reprobo rerum, nec laudo dona mearum,
 Sed mea tu dicis rerum decus esse bonarum.
 Irrationalem scio me natura creavit,
- 360 Et rationalis me talem cur adamavit?
 Auri flavus honor, gemmarum splendor amicus,
 Vestitusque color, candore ruboreque plenus,
 A latebris sub rupe meis si forte tegantur,
 A te queruntur violenter ut inveniantur.
- 365 Confiteor: deberer ego sub te retineri,
 Sed quem miraris debet tuus auctor haberi.

1) Cod. Rem. f. 175 v. 2) 'et tua' Clar.

- Si vero tua mens postponeret hæc peritura,
 Non dominaretur tibi mundi vana figura.
 Sicut homo iactas, ego sum, res et mea vilis.
 370 Et tu vilior es, qui per mea vivis herilis.
 Nam res quasque cupis post hesternas hodiernas,
 Hasque, licet noceant, vis, spernis vero supernas.
 Et mea dicis, homo, fallunt te suscipientem¹
 Nec possunt umquam te reddere sufficientem.
 375 Quapropter non tam mea, quam tu vituperaris,
 Qui numquam tibi sufficiens munus comitaris.
 Ergo si sequeris me vel mea dona frequenter,
 Non ego te fallo, tu te fallis violenter.
 Vera refers, mundana lues, conclusio talis
 380 Non fit mendose, quia vere tota realis.
 Tu non me transfers ad crimina perficienda,
 Sed mens, que carni consentit fraude tremenda.
 Non est fas anime carnis vitio famulari,
 Nam virtute sua debet caro crassa domari.
 385 Sed quoniam per se nichil est anime valitudo,
 Effluat a Christi pietate tenax habitudo.
 Dans michi consilium cunctorum consiliator,
 Corporis et mentis sit Christus conciliator.
 Qui cum patre suo spiraminis essequi puri
 390 Rex fuit, est, et erit, per seculi secula futuri.

Dann folgt (im Rem. mit der Ueberschrift 'Optimi versus de mulieribus impudicis') 'Femina sordida — sustineant te'. B. 1353, M. 1428, nicht von Hildebert nach Hauréau, Mél. p. 104.

Ferner 'Rarius in terris — (S. 251) terge meum'. M. 1453, von Petrus Riga nach Hauréau, Mél. p. 165—167; die Anklage des verweist gewesenen Mannes gegen seine Frau, dass sie ihm untreu gewesen sei. Aber ihre Antwort (S. 251, Rem. f. 176) ist hier gänzlich abweichend, sie lautet so:

Responsio sponse.

- Dicta notate, patres! odio vomit iste favillas,
 Fumant et volitant eius in ore doli.
 Veri candorem falsi nigredine tingit,
 Et vice fullonis candida nigra facit.
 5 Quicquid inest mollis sexus notat iste notatus,
 Exprobrat hic reprobis, iudicat iste reus.
 Sed nostis Romam multis florere Sabinis,
 Et sponsas fidei vincere laude viros.
 Ergo fidem poterit fallacis lingua mereri?
 10 Non, quia nec nodum scirpus² habere solet.
 Qui fidei nodo caret, est scirpus sine nodo:

1) Cod. Clar. p. 250.

2) 'cirpus' beide Hss.

- Quo teneas ipsum Prothea nodus abest.
 Cur sic? institor est, emit mendacia, nuge
 Sunt eius merces, fraus, scelus eius opes.
 15 Nugis, non bigis, dives redit iste loquelis,
 Non oculis locuplex, ore nec ęre potens.
 Non habet in bigis ceram¹, sed in ore venenum,
 Non rotat axe merum, sed rotat ore malum.
 Spes uxoris erat, pro se sudare maritum,
 20 Sed spes est sine re, sed sine messe labor.
 Non video naves ostro ridente superbas,
 Nec suspirantes pondere cerno rotas.
 In pelago consumpsit opes, ventrisque caribdim
 Pertulit in mediis prodigus emptor aquis.
 25 Scilla gule nocuit, non scilla freti; mare ventris,
 Non mare Neptuni, sorbuit eius opes.
 Ergo quid applaudit, quod ei maris ira nocere
 Nil potuit? nocuit plus tamen ira gule.
 Ne iaculis igitur verborum vestra sagittent²
 30 Pectora fallacis verba, cavete³ patres.
 Deviat á vero, verum potius sequar, immo
 Prosequar, ut finem consequar inde rei.
 Obicit hic undequę fidem sponseque reatum:
 Fallitur, unda nocens, sponsa fidelis erat.
 35 Unda fremens illum procul abstulit, ecce reatus!
 Sponsa precans isti profuit, ecce fides!
 Obicit hic, mecho patuisse domumque thorumque:
 Hec patuisse domum non negat, immo thorum.
 Claustra domus patefecit ei, non claustra pudoris,
 40 Esse studens alii grata, pudica sibi.
 Grata, pudica simul fuit. Hospicium dedit, ecce
 Gratia! mechari noluit, ecce pudor!
 Si decor absit, abest pudor, obicit iste. Repello!
 Ista decore nitet, ista pudore viget.
 45 Que virtus raro nitet hoc in tempore, vernet
 Ista genis Helene, Penelopesque fide.
 Casta decens rarum est, sed si rarum, preciosum:
 Casta decens fuit hec, tunc preciosa magis.
 Non dedit ergo locum donis, ut falleret, ista:
 50 Non mentita fuit aurea gutta Iovem.
 Qui deludat eam, nec se Iovis alter inaurat,
 Qui predetur eam, nec Paris alter amat.
 Mechum vel mecham testes vocat hic, sed ab omni
 Iudicio tales curia sancta vomit.
 55 Quod fuerit cautus et dives, largus et emptor,
 In iuvenis facto quatuor ista notat.

1) 'merum' Cl. 'meram' R. 2) 'nostra sagitte' Hss. 3) 'cauere' R.

Quod fuerit sola, formosa, tenax, levis uxor,
Obicit uxori: pondere cuncta carent.

Hunc cautum sensus, ditem possessio, largum

60 Virtus, emptorem spes facit esse lucri.

Hanc solam sponsus, pulcram natura, tenacem

Mens discreta, levem sexus in esse facit.

Huic dedit hospes opes¹, ait iste; subinfero: castam

Comperit; hanc ideo flore beavit opum.

65 Causa patet: libret et limet curia causam.

Lima notanda notet, libra probanda probet.

Die zu Gunsten der Frau gegebene Entscheidung fehlt hier; es folgt sogleich S. 252 (Rem. f. 176) ein recht leichtfertiges Liebesgedicht:

Ambrosie flores violeque crocique recentes,

Vernaque cum teneris lilia mixta rosis,

Non tantum forma nec odore placere videntur,

Quantum, Flora, michi suavia dando places.

5 Nempe iuvant flores hos sensus exteriores,

Tu vero sensus cordaque nostra foves.

Nec tu, Flora, levem spiras michi floris odorem,

Ipsius at² flores dulcis amoris oles.

Felix qui talem, qui te complexus odorem

10 Sugit ab ore gemens semipatente tuo³.

Quid? cum virgineo cum pectore pectora iungit,

Et libat flavis condita mella favis,

Non illum dure mordentes pectora cure,

Non labor aut morbus sollicitare queunt.

15 Quamvis bruma gelu labentia flumina sistat⁴,

Affluit hic vernis undique deliciis.

Ultra quid cupiat? nil iam reperire⁵ valebit,

Hiis fortuna bonis addere nulla potest.

Hierauf drei Gedichte von Marbod: 'Strictus eram loris — draconem'. B. 1563, M. 1655. 'Si quid in urbe — Desere castellum, si vis servare citellum'. B. 1617, M. 1717. 'Consolatio lugentium. Auxilium Christi — (S. 253) ferre potestis'. B. 1577, M. 1673.

'Versus Nicholai de abbatibus in ovile Christi aliunde ascendentibus. Sacrilegis monachis — coluissent'. Von Fabricius als Werk des Engländers Gualo abgedruckt, und unter dessen Namen zuletzt von Fierville, Not. et Extr. XXXI, 1, 142 aus einer Hs. von St. Omer (immer 'venalia' statt 'venialia'); nach den vorkommenden Namen um 1090 angesetzt.

Hier folgt nun aber S. 253 (Rem. f. 177) noch eine lange und sehr leidenschaftliche Invective von Nicolaus gegen den

1) Das Wort habe ich des Verses wegen zugesetzt. 2) 'ad' Hss.

3) 'suo' Hss.

4) 'sistant' Hss.

5) 'reparare' Clar.; 'reparire' Rem.

Abt von Caen, ohne Zweifel des Klosters, dem er selbst angehörte, die ich, wenn sie auch nicht gerade schön ist, doch dem Leser nicht vorenthalten will. Die Reimerei hat leider auch hier den Vf. oft zu schwer verständlichem Ausdruck verleitet. Prasserei auf Kosten des Klosters, während der Convent Noth leidet, ist der wesentlichste Vorwurf.

Invectura Nicholai in abbatem Cadumensem.

Secretis mensis taurus gaudet Cadumensis,

Et de communi victum sibi contulit uni.

Urguet¹ namque chorum sitis atque fames monachorum,
Potat et ipse nimis, dapibusque repletur opimis.

5 Cumque Falerna bibat privatim, pocula libat

Cervisie vilis fratrum conventus herilis,

Hunc vacuus venter contristat tam vehementer,

Ut ventris morbi formam gerat aut patris orbi.

Cum satur est, plaudit derisor ad omne quod audit,

10 Et quasi per risum lucraturus paradisum,

Quolibet ex visu sua concutit ilia risu.

Hic subsannator², non abbas, sed ioculator,

Prefert virtuti verbis iocularibus uti.

Cottidianarum³ gravis aggere deliciarum,

15 Splendenti cena gaudet post prandia plena.

Neu taceam verum, is⁴ in unaquaque dierum,

Fercula sumpta decem, ventris cumulans sibi fecem,

Tempore quem caro ventri largitur avaro,

Large bis senos saciaret victus egenos.

20 O sine labe virum! non est, michi credite, mirum,

Venter si turget quem sarcina tam gravis urget.

Corpus tam crassum non est ieiunia passum:

Si ieiunasset, carnem macie tenuasset.

Nullus in orbe Dei tante fuit ingluviei.

25 Inmoderate Nero, sermone loquar tibi vero:

Tantum sepe voras, quod post ut asella laboras,

Cui⁵ labor est partus, angustia dissipat artus.

Molem ventre geris, qua pregnans esse videris:

Paucos aute dies, michi crede, puerpera fies.

30 Femina nubendo fit pregnans, tu comedendo.

Quod concepisti, partu te reddere tristi,

Quam mea musa rogat, divina potentia cogat,

Cumque cruore vomas et anhelo gutture promas,

Importune canis, rapti michi fragmina panis.

35 Commentor fraudis, postponens omne quod audis,

Hoc ridendo voras, quod vox mea plangit in horas.

Quid tua, seductor, contra molimina luctor?

1) 'Urget' Rem.

2) 'sussannator' R.

3) 'Cotid'. Cl.

4) 'fit' R.

5) 'Cum' Cl.

- Velles aute mori quam non auferre minori.
 Nunc contendo pari, pressum scio me superari
 40 Pondere maiori, sed non opus eripis ori.
 Ledis predando, reddam tibi vulnera fando.
 Cuspis acuta stili, dextra contorta virili,
 Cogens pene mori, te punget in interiori.
 Non vis iura sequi, non vis examinis equi
 45 Uti censura, tua sorbens et mea iura.
 Crassus es ergo nimis, dapibus quia pastus opimis.
 Ast ego, quem victu privas, fraudas et amictu,
 Sum macer et nudus, dolor hic meus est tibi ludus,
 Et michi ludus eris, quando miser efficieris.
 50 Nam miserum vere puto te quandoque videre.
 Tu mea iura cacas: offendi credo cloacas,
 Quas alienorum locupletas sorde bonorum.
 Iste gule servus, quem tam gravis inflat acervus,
 Cum ventrem mundat, qua sorde cloaca redundat,
 55 Qui quotiens pedit, mugire tonitrua credit,
 Quem sonitus tangit, quæ tu quam¹ bucina clangit.
 Abbatis trulla, vox non sonat altius ulla.
 Comprimat ergo nates, mandat suus hoc sibi vates,
 Viscera ne fundat, que tanto turbine mundat.
 60 Cui quasi grande lucrum prestet captura volucrum,
 Ex avium ludo pendet sibi sollicitudo.
 Spernere facta patrum, curam postponere fratrum,
 Accipitresque sequi non est moderaminis equi.

Darauf folgt 'Altercatio Urbani et Clementis apostolicorum. Nomen habens — (S. 255) armis', gedr. e cod. Udalrici bei Jaffé, Bibl. V, 158. Darauf das Spottgedicht auf den Abt Ivo von Saint-Denis (gest. 1094), gedr. bei Mabillon, Ann. V, 652, vgl. p. 332.

Dann folgt S. 257 (Rem. f. 178 v.) eine Schöpfungsgeschichte:

Incipit Bernardus comographus (sic!).

Congeries informis adhuc cum silva teneret,
 Sub veteri confusa globo, primordia rerum,
 Visa Deo natura queri, mentemque profundam,
 Compellasse noim vite viventis ymago.

Prima noys deus orta deo substantia veri u. s. w.

Der Prolog besteht aus Hexametern, dann folgen Distichen. Der Vf. ist Bernardus Silvester; wenigstens finden sich S. 261 in dem Abschnitt über die wilden Thiere die von Du Cange s. v. Cisimus daraus angeführten Verse:

Cisimus obrepsit (hier 'obrescit') et vestitura potenter
 (hier besser 'potentum')

Marturis (hier 'Martrix'), et spolio non levioe bever.

1) So die Hss.

Manches ist nicht ungeschickt und hin und wieder findet sich eine brauchbare Notiz. Unter den Flüssen wird der Padus genannt, und dann heisst es weiter (S. 261, Rem. f. 179 v.):

Influxit Rodanus, ubi nobile vidit Agauno

Certamen turbe martiris ante mori.

Fluxit et Eridanus, que sub Phetontide flamma

Unica communi restitit unda malo.

Secana prosiluit, ubi grandia germina regum,

Pipinos¹, Carolos, bellica terra tulit.

Emicuit Liguris, ubi Martinopolis inter

Sidereos fluvios pictaque rura iacet².

Texuntur musco fontes et cespite ripe,

Vestitur tellus gramine, fronde nemus.

Unter den Bäumen heisst es S. 262 (Rem. f. 180):

Inter odoratas Grineo vertice lauros

Vatibus et vatum gratior umbra deo.

Robora verticibus celo certantia gignit³

India, fertque suum Celtica terra nemus.

Brisedinam⁴ sinus Armonicus⁵, Turonia vatem⁶,

Ardaniam silvam Gallicus orbis habet.

Diese Wälder zu deuten überlasse ich Anderen; weiter werden alle Medicinalkräuter genannt, mit Angabe der Leiden, wogegen sie gut sind, nicht ungeschickt und voll von klassischen Anspielungen. Vom Menschen berichtet Noys; alle Organe des Körpers werden genau durchgenommen, und beim Gehör heisst es:

Quicquid Roma legit, quicquid studuistis Athene,

Quicquid Caldei dogmatis Indus habet,

Quicquid Aristotiles divino pectore sentit

Cumque Platonistis⁷ Pitagorea cohors,

Quicquid ad elencos arguto disputat ore

Gallus, et in medica iactitat arte Ligus,

Cessit ab auditu docilis prudensque periret

Littera, si surdis auribus esset homo.

Bei dem Gefühl finden wir eine unverkennbare Anspielung auf Ovids Amoren I, 5, 21:

Militat in thalamis, tenero quoque servit amor

Tactus, et argute sepe probare solet

Aut castigato planum sub pectore ventrem,

Aut in virgineo corpore molle femur.

Schluss S. 267 (Rem. f. 181 v.):

Ductoresque pedes deificasque manus.

Dann folgt die Geschichte der Susanna, 'Hactenus arrisit

1) 'pupinos' R. 2) 'iacent' Hss. 3) 'ginnit' Cl. 4) 'Brisediciam' R.

5) Sic! 6) 'vestem', übergeschr. 'vatem' Cl. 7) 'Planton.' Cl.

Susanne', B. 1232, M. 1287, von P. Riga nach Hauréau, Not. et Extr. 29, 2, 352.

Nach dem Ende der ersten Columnne von S. 269 steht der Schluss auf einem angehefteten Blättchen (uterque suis), worauf noch das Distichon folgt:

Persequar hanc igitur titulis, cruce persequar illos:

Hec meruit titulos; hii meruere necem.

Auf der Rückseite des Blattes steht von anderer, wie mir scheint älterer Hand (im Rem. aber ohne Unterschied) 'Quenam summa — velle nocere', B. 1336, M. 1410, aber, wie Hauréau, Mél. p. 69, bemerkt, von Ausonius (ed. Schenkl p. 246, doch nicht als echtes Product von ihm), die Sentenz des Bias; dann die des Solon (p. 248), also eine Ergänzung der oben S. 363 angeführten Sprüche.

Auf der 2. Col. von S. 269 beginnen nun im Clarom. wieder Briefe von Ivo, auf der unvollendeten S. 276 mit 'fructuum gaudeamus' schliessend ('Gaulterio Meldensium episcopo').

S. 277. Epistole Hugonis Metelli, hiernach herausgegeben von Hugo, Sacrae Antiquitatis Monumenta II (1731) p. 312—412, bis S. 369. Hugo hat nun auch die von S. 370 an folgenden Gedichte, welche sich im Rem. gleich ohne Unterbrechung an die früheren anschliessen, ohne irgend einen Grund dem Metellus zugeschrieben. Gleich das erste, 'Fabula de lupo et opilione. Sepe lupo — (S. 371) opilio', ist notorisch von Marbod (M. 1628). Das folgende S. 372 (Rem. f. 183) 'Quedam problemata secundum litteras alphabeti. Corda puellarum — cum parte futura', steht auch im Cod. Vat. Christ. 344 f. 41.

Diese und die folgenden sind bei Hugo abgedruckt, S. 413—418; allerhand Spielereien, Sinngedichte, Räthsel. Dann aber ist der Herausgeber der Sache müde geworden; ich gebe von den übergangenen Ueberschrift, Anfang und Ende, einige vollständig

S. 372. De nomine Adam.

Anatole, disis, arcus (Rem. 'artos', leg. 'arctos'), messinbria mundi:

Quattuor he partes esse loquuntur Adam.

'Quoddam problema. Ut tot emanatur oves — atque decem'. 8 Verse. 'Quedam differentie partium. Dat pilus huic barbam — plagam'. 5 Verse. S. 373. 'Item quedam differentie. Flans madet ymbre nothus — canis astrum'. 4 Verse. 'In primo versu incipiunt omnes partes in a. et sic de ceteris. Ardet amans — Xps xporum. xanctus. xanxonia. y . y . et z'. — 'Quoddam problema. Mira loquar — sine lignis'. 6 Verse.

De his que ad scriptorem pertinent.

Omni conveniunt scriptori quatuor: anser,
Taurus, ovis, spina, si notet¹ illud homo.

Anser dat pennam, cornu fit de bove, pellem
Fert ovis, incaustum promere spina solet.

‘De quatuor temporibus anni. Ver estas — recondit hyemps’. 4 Verse. Gleiche Ueberschrift: ‘Bis duo tempora — numerando probes’. 6 Verse. ‘Versus florigeri. Ornassem gemmas — destruo velle’. 10 Verse. ‘Item versus de archiepiscopo. Arceo vesicas — ylion axi’. 8 Verse, mir ganz unverständlich. ‘De Locht (Rem. ‘Loth’) et uxore eius. Loth talamique comes — (S. 374) practica vita Segor’. — ‘De holocausto Iheroboal. Iheroboal paleas — superna cremat’. — ‘De ortu (‘et nobilitate’ Rem.) veris. Ver oritur, bruma moritur — omne virescit’. 6 Verse.

De nomine Petri.

Nomen scriptori dant sillaba prima Pelori,
Littera prima thori, finalis sillaba Flori.

Dann 8 Distichen ‘De quodam (Rem. quolibet bono) episcopo. Cuius vita sacro — iusque piumque tui’, nur ganz allgemeine Lobsprüche enthaltend. ‘De Maria et synagoga. Virgo deum peperit — credere sperno tamen’. — ‘De Lia et Rachel. Empta labore Rachel — utilis esse lucro’. Dann S. 375 (Rem. f. 184 v.) Distichen über die Tagzeiten: ‘Iam passum fraudes — vestra salus’. Hierauf ein Scherzgedicht, welches hier folgen mag:

De quodam rustico hebrio (‘ebrio’ Rem.)

Rusticus ad tectum gressum referebat ab urbe

Errans et titubans, pectus agente mero.

Sistit² iter, potum geminat, furor occupat artus,

Exulat a sensu mentis, aitque sibi:

Stulte quid egisti? vas istud proice, certe

Forcior est pedibus cantarus iste tuis.

Tres habet iste pedes, et tu gemino pede constas.

Quo merito tripedem devehit ergo bipes?

Finierat, vas deponit, cui sic ait: Audi!

Anphora curre, trium diceris esse pedum.

Tu me forcior es, quid agis? iuro tibi clavam.

Si cito non properas, es luitura moram.

Dixerat; illa silet; stat stultus, concipit iram.

Insanas armat ebria clava manus.

Percutit, et frangit vas, vinum defluit, anssa³

Stricta fuit; glunt! glunt! murmurat unda sonans.

1) ‘vocet’ Clar. 2) ‘Sistat’ Rem. 3) Vgl. Carpentier bei Du Cange: ‘ansei, vasis species, quo utuntur in vindemiis, ab ansis quibus instructum erat’.

Credit glutonem se rusticus inde vocari,
 Dedecus impositum noluit ergo pati.
 Totum vas minuens manus ebria duplicat ictus
 Ad finem glunt! glunt! duplicat unda sonum.
 Mentis inops exulque sui post omnia stultus
 Ad tectum¹ fracto vase reduxit iter.

Dann 'De hoc nomine Eva. E precedat et u — reseravit ave'. 4 Verse. 'De pica. Sis mea candida — dicitur esse color'. 10 Verse. 'De transitu maris rubri. Iudeos rex — fine caret'. 8 Verse.

De femina, nummo et honore.

Fax odii, stimulus sceleris, subversio morum,
 Femina, nummus, honor, tria sunt alimenta malorum.
 Spes animi, vitii requies, dux impietatis,
 Nummus, honor, mulier, opus infestant pietatis.
 'De cursu Petri apostoli et Iohannis evangeliste. Ad domini tumulum — (S. 376) fidelis erit'. 12 Verse.

S. 376. De adventu cuiusdam ludimagistri.

Lucifer exoritur, emittunt sidera lumen,
 Quam texere² diu nubila, stella nitet.
 Nube prius latuit lux non extincta, sed absens,
 Non sibi sed mundo perdita stella nitet,
 Nube carens, depulsa diu³, dans lumen Olimpo.
 Mundus ovat, fugiunt nubila, stella nitet.
 Quam gallus tociens cantu predixerat, ecce
 Lux oritur mundo: reddita⁴ stella nitet.

Per gallum famam, per lucem signo magistrum:

Hic canit, illa refert, hec nitet, ille docet.

Hierauf folgen nun die Verse auf den Fall von Troja, welche Carm. Bur. S. 63 (vgl. 259) gedruckt sind, aber mit so vielen Abweichungen, Auslassungen und Umstellungen, dass man mündliche Verbreitung der Verse annehmen muss; ihre Berühmtheit bezeugt die Ueberschrift unseres Exemplars, welche aber leider einen Vf. nicht nennt. Hauréau, Mél. poét. p. 213, führt noch zwei Handschriften an und vermuthet, dass diese Behandlung des beliebten Thema von dem Primas von Orléans herkommen könne, welchem die Wiener Hs. das sonst für Hildebert in Anspruch genommene 'Pergama flere volo' beilegt. Ich möchte eher an Petrus Riga denken wegen der Aehnlichkeit mit dem unten S. 382 erwähnten Gedicht. Es schien mir nicht unzweckmässig, hier einen neuen Abdruck nach dem Clar. zu geben, mit den Varianten des Benedictoburanus.

1) 'rectum' Rem. 2) 'tacere' Hss 3) 'die' Hss. 4) 'redita' Hss.

Versus de excidio Troie — Super omnes versus qui facti sunt huiusmodi¹.

- Fervet amore Paris, navem² parat, immolat aris:
 Fratribus ignaris scinditur unda maris.
 Temptat Tyndaridem³, favet illa, relinquit Atridem,
 Prompta sequi Paridem, passa perire fidem.
 5 Equora raptor arat, tenet effectum⁴ quod amarat.
 Se res declarat, Grecia bella parat.
 Contra Dardanidem res provocat ista Tydidem⁵,
 Incitat Eacidem Pallas ad illud idem.
 Argos⁶ nudatur, fit classis, pontus aratur⁷.
 10 Hostia mactatur, aura quieta datur.
 Abiurans reditus⁸ Frigium⁹ rapit anchora litus,
 Obstruit introitus Hector ad arma citus.
 Ylios¹⁰ arma gerit, Helenam sua Grecia querit,
 Fraus aditus aperit, hostis ab hoste perit.
 15 Sub Danaum pube, telorum territa nube,
 Infremit urbs Hecube, flant resonantque tube.
 Miles ad arma fremit, vitæ fraus Hectora demit.
 Urbem¹¹ pugna premit, Troia sub hoste tremit.
 Ars nisi dictaret¹² Danaos numenque iuvaret,
 20 Murus adhuc staret, qui modo rege caret.
 Queritur ars, fit equus, latet intra viscera Grecus.
 Fit Priamus cecus, ducitur intro pecus.
 Synon flens orat¹³, Ytacus fallendo laborat;
 Machina¹⁴ claustra forat, cetera flamma vorat.
 25 Ars¹⁵ urbem tradit, urbs in discrimina vadit,
 Ignis edax radit, Pergama, Troia cadit.
 Credula fallaci, flamme subiecta voraci,
 Passa dolos Ytaci Troia fit esca faci.
 Urbis opes lacere flammis alimenta dedere,
 30 Igni cessere menia, claustra, sere.
 Argis exosa iacet Ilios, ante iocosa,
 Inclita, formosa; nunc rubus¹⁶, ante rosa.
 Igni sublatus fugit¹⁷, omnia ferre paratus,
 Firma classe ratus, te, Chiterea, satus.
 35 Fellus fatalis petitur navalibus alis,
 Obviat ira salis, peste, furore¹⁸, malis.

1) Im Bur. nur 'Versus'. 2) 'Troianis imm.' B. 3) 'Tytar.' Rem.
 4) 'optatum' B. 5) 'Tyt.' Cl. R. 6) 'Grecia' B. 7) 'classis coit,
 unda minatur' B. 8) 'Passa freti strepitus' B. 9) 'Phrig.' R. 10) 'Ilios' B.
 11) 'Troiam' B. 12) 'ni servaret' B. Ob 'ductaret'? 13) 'Flendo
 si norat' B. 14) 'Ignis ligna vorat, machina saxa forat' B.
 15) 25 u. 26 folgen auf 28, B. 16) 'rubes' B. Zu diesem Verse vgl.
 das folgende Gedicht auf Samson von Reims: 'Urbs prius exosa fit in
 eius laude iocosa, Inclita, famosa; tunc rubus, ecce rosa'. 17) 'fuit' B.
 18) 'turbine peste' B.

- Pestem concepit¹ mare, fluctus surgere cepit;
 Puppibus obrepit spuma, procella strepit².
 Huc³ quasi delira pelagi succingitur⁴ ira,
 40 Stat prope mors dira, stat procul⁵ inde lira.
 Dux⁶ errat pelago, rotat illum mortis imago,
 Obvia Carthago dat loca certa vago.
 Didonem cecat furor et se crimine fecat,
 Se feriendo necat; dux fugit, alta secat.
 45 Diis⁷ licet iratis, dux cedens denique fatis,
 Regnis optatis utitur arte⁸ ratis.
 Pacem⁹ vestigat, sed eum¹⁰ lis dira fatigat,
 Et furor instigat et nova pugna ligat.
 Pugnat¹¹, predatur, furit¹², in Turnum dominatur.
 50 Viscera scrutatur sanguine mucro satur.
 Cepta luens sceleris te victum, Turne, fateris,
 Obrutus ense peris, preda cibusque feris.
 Eneę cedit victoria, pugna recedit,
 Pugne succedit gloria paxque redit.
 55 Sub vincolo fidei post inclita facta trophei,
 Regia nupsit ei virgo favore dei.
 Es folgt noch S. 376 (Rem. f. 185):
 Summa Virgilii in his versibus continetur.
 Fervet amore Paris, Helenam rapit, utitur armis
 Grecia, pugnatur, diruta Troia iacet.
 Exulat Eneas, fugit, equora circuit, intrat
 Italiam, Turnus vincitur, Alba manet.

Darauf das Lobgedicht auf den Erzbischof Samson von Reims, welcher 1140 auf diesen Stuhl erhoben wurde; von Hauréau, der es Mél. p. 5 aus N. 1136 de l'Arsenal abgedruckt hat, Petrus Riga, dem Verfasser des 'Floridus aspectus' zugeschrieben. Da es nach unsern Hss. bedeutend verbessert werden kann, möge es hier eine Stelle finden; es hat denselben vierfachen Reim, wie die Verse auf Troja.

Versus de laude Sansonis archiepiscopi¹³.
 Illum qui roseis scintillat ubique tropheis,
 Versibus orno meis, supplico parcat eis.
 Prudens dispositor¹⁴ rerum, cui scribere nitor,
 Pacis nutritor, purus in orbe nitor,

1) 'cum cepit' Cl. R., was vielleicht nur orthographisch verschieden ist, denn für 'cum' wird häufig das Zeichen von 'con' gesetzt und beides verwechselt. 2) Hier folgt in B.: 'Flat nothus insanus, insurgit turbo prophanus. Navita Troianus deficit arte manus'. 3) 'Hinc' B. 4) 'succenditur' B. 5) 'polus' B. 6) V. 41—44 fehlen im Cl. u. Rem. 7) 'Rebus sublati, currentibus ordine fati' B. 8) 'arce' Cl. R. 9) 'Ratem' B. 'Vatem' Schmeller. 10) 'eam' B. 11) 'Pugna' B. 12) So, mit Interpunction nach 'furit'; 'vincit, Turno' B. 13) 'remensis' setzt R. hinzu. 14) 'Pr. enitor' Cl. R.

- 5 *Mente Deo pronus, in Christi messe colonus,
Ad bona queque bonus, presulis implet onus.
Erranti navis, patienti vincula clavis,
Cum zelo suavis, cum pietate gravis.
Nil agit obscenum*¹, iubar est sine nube serenum,
- 10 *Spes inopum, iuvenum gloria, forma senum.
Christo devota mens heret in ethere tota,
Mens penitus lota crimine, sorde, nota.
Racheli Liam, Marthę iungendo*² *Mariam,
Incitat ad veniam nos per utramque viam.*
- 15 *Mundo*³ *sopita, virtutum laude polita,
Sansonis vita lucet et ardet ita.
Remis inops fidei prius, urbs ignara diei,
Ecce ministrat ei, lumen adepta Dei.
Plebs nece digna crucis, plebs rebus amica caducis,*
- 20 *Fit compos lucis, iura sequendo ducis.
Mites elegit, tumidos servire coegit:
Hos velut umbra tegit, hos quasi virga regit.
Sansoni cedit laus, pugne turbo*⁴ *resedit,
Perfida plebs credit, moribus ordo redit.*
- 25 *Urbs prius exosa fit in eius*⁵ *laude iocosa,
Inclita, famosa*⁶; *tunc rubus, ecce rosa.
Urbs*⁷ *erat ante fretum, nunc equor dulce quietum,
Nacta ducem letum: Gallia, pelle metum.
Presulis explevi titulos, a laude quievi,*
- 30 *Singula decrevi claudere fine*⁸ *brevi.
Non ars Nasonis, non claudet*⁹ *lingua Cathonis
Inclita Sansonis facta tot ampla bonis.*

Hierauf folgt: 'De decem preceptis legis. Sperne deos — cupido'. 6 Verse. 'De septem diebus. Prima dies — opus'. 4 Verse. 'De Adam et Eva. Ut scriptura — homo'. 4 Verse. 'De Abel. Munde carnis — tribus'. 4 Verse. 'De Ysaac. Implens iussa — homo'. 4 Verse. 'De Esau. Esau debetur — tulit'. 4 Verse. 'De Moyse. In petra Moyses — onus'. 8 Verse. 'De Gedeonis vellere. Primo madet — sui'. 8 Verse. 'De Sansone. Pro sponsa pugnans — (S. 378) deus'. 12 Verse. 'De David et Uria. Designat Christum — perit'. 8 Verse. 'De throno Salomonis. Inter opes — ebur'. 6 Verse. 'De ortu sancti Ioannis baptiste. Sermonem patris — vetus'. 6 Verse. 'De partu virgineo. Celestis, verus — agit'. 4 Verse. 'De nativitate Christi. Natus, casta — Deum'. 4 Verse.

1) 'obscurum' H. 2) 'sociando' H. 3) Dieses Distichon steht bei H. am Schluss in der Form: 'Mundo sopita, Christo vigil, arte polita Sansonis vita laude coruscat ita'. 4) 'turba' H. 5) 'huius' R. 6) 'formosa' R. 7) Dieses Distichon fehlt H. 8) 'laude' H. 9) 'claudat' H.

Dann lauter einzelne Distichen: 'De oblatione Christi. Virgo, puer — manu. De baptismo Christi. Labe, lacu — fidem'. 'De apparitione Christi. Abluitur, clamat — fides. De passione Christi. Fert, agitat — cruce. De mutatione elementorum. Pendet, sudat — polus. De resurrectione Christi. Demon, mors — ovan'. Hier setzt nun plötzlich wieder mit dem Distichon 'De ascensione Christi' der Druck bei Hugo ein, S. 418—420, bis zum Schluss. Nur das letzte Stück, S. 380, 'Oratio de omnibus sanctis. Flos in agro — acta suorum', 38 gereimte Hexameter, ist wieder von Hugo fortgelassen.

Angeheftet ist S. 380 noch ein Blatt von anderem Format mit Excerpten aus Augustin. Auf dem Deckblatt findet sich zweimal die Inschrift: 'Liber sancti Arnulphi. si quis eum abstulerit anathema sit amen'.
